



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio XC. Agitur in hac decisione numquid per Regulam Cancellariæ  
octavam censeatur derogatum privilegiis religionis habentibus  
amplissimas clausulas derogatorias derogatoriarum in materia juris ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XC.

Agitur in hac decisione numquid per Regulam Cancellariæ octavam censeatur derogatum privilegiis religionis habentibus amplissimas clausulas derogatorias derogatarum in materia juris conferendi reservata.

R. P. D. Damasceno.

Decis. 666.  
par. 1. re-  
cent.

Baren. seu nullius Archipresbyteratus.

Veneris 23. Januarii 1615.

S U M M A R I U M.

- 1. Papa antecessor non potest legem imponere successori.
- 2. Clausula quorum tenores latissimè extendenda operatur, ac si tenor litterarum fuisset inferius.
- 3. Papa revocans privilegium per viam legis generalis non tenetur revocationi inferere formulas speciales derogationis in d. privilegio appositas.
- 4. Papa potest revocare privilegia concessa de consilio Cardinalium, etiam sine novo eorundem Cardinalium consilio.
- 5. Privilegia emanata per viam legis nunquid comprehendantur sub regula Cancellaria.
- 6. Dispositionis substantia magis attendenda, quàm verba.
- 7. Clausula ex certa scientia in confirmatione posita habet vim novæ concessionis, dummodo Papa habuerit plenam notitiam.
- 8. Ignorantia Papa præsumitur in his quæ sunt facti.
- 9. Confirmatio ex certa scientia non dicitur in forma communi.

Bbb 3

Non

**N**on placuit Dominis recedere à decisione in hac causa facta die 20. Junii 1614. Et ad illud, quod privilegia Religionis habeant clausulas derogatorias derogatoriis amplissimas, nempe quod illis non possit derogari, nisi derogationibus consistorialiter factis, & per trinas distinctas literas eundem tenorem continentibus, tribus similiter distinctis vicibus magistro & conventor legitime sententiatis, & infinuatis, ac ipsorum distinctis vicibus magistro & conventor legitime sententiatis, & aliter factas non suffragari fuit responsum: Aucta deducti ad effectum, ut Papa poterit derogare, nisi servata dicta forma, & certum est, quod Antecessor noster nimè potest imponere legem successoribus, ut in istis terminis dixit Rota apud me in causa Perusina pensionis 13. Januarii 1614.

**2** Aut verò deducuntur ad effectum voluntatis, ex quo non servavit dicta formula, & responderetur, quod voluntas derogandi literis, sub quacunque forma concessis colligitur ex Regula VIII. ibi nec non privilegia disponendi de huiusmodi beneficiis, & aut quod illa sub huiusmodi reservationibus nunquam comprehenduntur etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus efficacioribus, & insolitis clausulis, nec nominantibus, & aliis deductis quorum tenores pro expressis habere, & latissime extendi volumus quibusvis Collegiis, personis, & c. concessis adversus reservationem huiusmodi non suffragari, & c. Cum enim Papa voluerit derogare quibusvis privilegiis cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus, & insolitis clausulis, satis derogare contentis in dicto privilegio, quæ non sunt nisi derogatoriis derogatoriis cum clausulis insolitis, & efficacioribus, accedente maxime clausula, quorum tenores, & latissime extendenda, quæ operatur perinde, ac si tenor dictarum literarum cum derogatoriis derogatoriis fuisset insertus in Regula. Bald. in c. cum dilectis, sub nu. 12. vers. item aut de prescript. Butr. cons. 2. nu. 6. Jas. in l. sine n. 7. C. si contra jus vel utilit. publ. Senen. q. 6. n. 8. Cassad. decis. 38. super regul. nu. 3. Puz. decis. 89. num. 1. lib. 1. Rota in Titulo Annatarum. 19. Junii 1589. coram bon. mem. Orano. & in Interamnen. bonorum, 1613. coram Revere. d. Bononico. cum aliis deductis in causa Veneta pensionis 6. Februarii 1612. coram me.

**3** Alias si ista non sufficiunt, erit dicere, quod fuerit imposita lex Papæ, servandam formulam, cum per verba generalia non possit clarius loqui, & prædicta edicta procedunt, quando, ut in proposito, revocatio fuerit per viam generalis legis, quæ ridiculum esset dicere, quod in illis Papa teneretur facere insertiones similibus mularum ad Felin. in c. accedentes, n. 3. de prescript. Faciunt tradita per Sarnen. in primis regularum Cancellaria. q. 5. Bald. in l. humanum, n. 4. vers. sed dicit, Cede legib. Rom. cons. 436. n. 2. vers. respondes illud verum. Covarr. in rubr. de testam. par. 2. sub n. 19. vers. quantum nostra. q. Cald. cons. 11. sub n. 1. de privil. Ripu. cons. 6. n. 2. de constit. in 6. Cassad. decis. 38. n. 8. super Regula, & in terminis regula octava: latissime comprobavit Rota in causa Com-

racen. Canonicius 4. Julii 1579. coram bon. mem. Card. Lancell. & in Compsana juris pa-  
tronatus, 3. Decembrio 1604. coram R. P. D. Litta.

Circa illud motivum, quod privilegia sint concessa de consilio Card. unde cum eo-  
dem consilio debuerint revocari, fuit responsum, tale consilium minime esse neces-  
sarium, ut late probat Abb. in c. e. nu. 3. vers. nunquid autem de Cleric. non residen. & de  
communis, & magis communi, Jacob. de concil. l. 7. a. 5. in 136. & de communi quo ad ea,  
quæ non concernunt mutationem status universæ Ecclesiæ. Alber. in rubr. C. de legib.  
n. 3. Gemin. in C. super eo, n. 4. vers. communis conclusio est, de heretic. in 6. Dec. in rubr. de  
constit. sub n. 2. vers. Et qui dicit, Cyc. in repet. eiusdem rubr. n. 2. & 3. Germon. trad. de in-  
dulto. Card. S. quod in, Rom. n. 56. & de veriori restatur prob. ad Monach. in d. C. super eo,  
n. 34. & 35. de heretic. in 6. Troil. de sanonix. Sanctorum, num. 33.

Ad illud, quod ista privilegia emanaverint per viam legis, ex quo Summi Pontifices  
in illis concedendis voluerunt esse tales, ut patet ex illis verbis ibi perpetuæ Constit. e-  
dicto &c. & etiam adfuit super hoc stabilimenta ipsius religionis materiam collationis  
diffinitia; ex quibus inferitur, quod cum ista privilegia emanaverint per viam legis,  
non comprehenduntur sub regulis Cancellariæ, ut in Trajansen. Vicaria 13 Octob. 1595.  
coram bon. mem. Lita; fuit responsum illam decisionem loqui in terminis constitutionis  
Pii Papæ V. super Vicariis ut in Bullario constit. 46. in ordine. quæ quidem Con-  
stitutio est generalis, unde nil mirum, si non cadit sub Regulis Cancellariæ, quæ in  
hac materia non tollunt leges generales, sed speciales seu privatas; ut patet in verbis  
Regulæ octavæ ibi consuetudines etiam immemorabiles optandi &c. privilegia & in-  
dulta &c. Leges autem generales non possunt dici Constitutiones Pontificis ad favo-  
rem religionis, nec minus stabilimenta, cum respiciant unum tantum corpus; unde  
respectu regularum Cancellariæ, quæ sunt generales, & tangunt omnes, ista pro spe-  
cie reputantur. Decian. consil. 382. numer. 4. Prob. ad Monach. in C. cum persona,  
numer. 6. de privileg. in 6. & quod Papa in Regula octava voluerit derogare istis  
legibus specialibus, probatur ex eo, quod derogaverit consuetudinibus optandi,  
quæ quidem consuetudines respectu inducentium possunt dici leges, ad tradit. in cap.  
consuetudo, distinctione prima. Innocentius in cap. certificari, de sepult. Abb. in ru-  
bric. de constit. numer. primo. §. ex non scripto, in lit. de iure nat. gent. & civ. lafon in  
l. de quibus ff. de legib.

Non obstat quod Papa in istis privilegiis utus fuerit verbo Constitutionis, quia  
non attenditur nomen, sed ipsa rei substantia, C. sedulo, distin. 38. C. intelligentia,  
ubi glossa in verb. rei est sermo, de verb. signifi. l. quoniam indignum, C. de testam.  
Paris. consil. 62. numer. 35. lib. 3. ultra quod nomen Constitutionis non est ita gene-  
rale, quin possit accommodari ad negotia privatorum, ad tradita per Abb. in rubr.  
de constit. num. 2. Bartol. in l. omnes populi, num. 53. ff. de iustit. & jure, Marcamb. consil.  
262. num. 25. & seqq.

Ad

- 7 Ad illud quod privilegia Religionis fuerint à S. D. N. post regulam confirmati cum clausula ex certa scientia, quæ importat novam concessionem. *C. si apostolica, in glof. verb. confirmamus, de prebend. in 6. fuit responsum, verum quidem esse, quod si papa habuisset plenam notiam privilegiorum Religionis, & signanter super iureconfertendis, & quod privilegia religionis non debeant cadere sub reservationibus Apostolicis, posset dubitari, quod Papa confirmando voluerit illa convalidare, cum derogatione regulæ octavæ; sed difficultas esset an Papa habuerit plenam notiam in hoc casu, prout requiri demonstrat textus in illis verbis ibi; nosque postmodum plena de his facta narratione. Et tradunt Bartol. in l. fin. col. penult. vers. dicituriam, C. sent. rescin. non posse, Alex. cons. 23. numer. 12. lib. 5. Castren. cons. 84. in fine ibi. Decius cons. 142. numer. 7. Gozadin. cons. 5. numer. 14. & 15.*
- 8 Quod autem non habuerit in hoc casu, patet ex lectura confirmationis, in qua nihil de iure conferendi dicitur, & præsumitur ignorantia eorum, quæ fuerint. *C. præsumitur de reg. iur. in 6. glof. in l. verus ff. de probat. Paris. consil. numer. 12. quia non fuisset narrare Papæ quod religio haberet ius conferendi, nisi expressisset hæc qualitas, quod in privilegiis continetur hoc, quod beneficia deberent conferri sub reservationibus Apostolicis, quia non conferretur Papa sub in voluero verborum sibi voluisse præjudicare, ad Bald. in cap. veniens, numer. 4. vers. sed quid si proceps de iure iur. cum aliis per aliam decisionem allegatis. sicut nec minus sub generalitate verborum præsumitur voluisse derogare Regulis Cancellariæ, ut per Sarven. in præmio regul. quæ est. 5. numer. 2. Felin. in cap. nonnulli numer. 7. de rescript. cum aliis in prædicta decisione allegatis. Quinimo ex præmio confirmationis, & aliis ponderatis in decisione apparet, quod Papa non intendebat confirmare privilegia Religionis, nisi circa exemptionem à decimis, & facultatem uniendi, & nec illa quidem revocare, quatenus nulla, vel revocata fuissent, sed tantum roborare, ut patet in verbis ibi, ut ipsa privilegia firmiter subsistant, quo sapius confirmata existuerint.*
- 9 Non obstat, quod in confirmatione adit clausula ex certa scientia, quæ dicit, ut non possit dici confirmationem esse in forma communi, ex allegatis, quæ responderetur, posse quidem clausulam operari quoad exemptionem à decimis, & facultatem uniendi, quæ specialiter fuerunt expressa, secus quoad prædicta privilegia conferendi maxime in mensibus reservatis, quæ Papæ non fuerunt expressa, & de quibus non apparet Sanctitatem suam habuisse notitiam. *Abb. in cap. 1. numer. 6. vers. & dicitur ex certa scientia de confirmat. nihil vel inutil. Alex. consil. 123. numer. 19. & 22. Paris. consil. 3. numer. 46. & 47. libr. 4. quæ iura magis procedunt de pleno, quoad ea, quæ de facili non conceduntur, & sunt præjudicialia ipsi concedenti, ut est ius conferendi beneficia reservata, quia ista requirunt maiorem & clariorem expressionem quam alia ad Bald. in cap. veniens de iure iur. and. cum aliis supra allegatis, &c.*